210a5

iam exnunc Intromissionem realem cum actuali ac pacifica possessione per Ministerialem quemuis Regni Gnalem et Nobiles duos officiose acceptandam dat et admittit Submittendo se cum suis posteris eundem tenutarium suum et ipsius successoribus ab omni impedimento iuridico quarumuis personarum tueri et Euincere et solus per se non iniuriari sub vadio simili. Et coram officio praesenti Castrensi Branscensi perempta responsione omnibus iuris remediis et defensis legalibusque impedimentis etiam de iure concessibilibus vti cum suis successoribus abscribendo et abrenunciando.

Zochowski — **Quietatio.**

Coram officio praesenti Castrensi Branscensi personaliter comparens Nobilis Bartholomaeus olim Joannis Piekut de Zochy sibi sanus mente et corpore existens palam ac libere recognouit. Quia sibi Nobilis Matthias olim Joannis Tyszka Zochowski summam Viginti Sexagenarum Polon. ex obligatione bonorum Zochy per Nobilem Petrum Kostro Camerarium Terrestrem Bielscensem sibi recognita coram actis bisce feria secunda post festum Sancti Francisci Confessoris Anno Domini Millesimo Sexcentesimo Trigesimo Sexto. in summa Triginta Sexagenarum Polon. facta, uti iure perpetuo ab eodem Nobili Petro Kostro quaesitam persoluit, ideo ipsum quietat. salua tertia parte bonorum quartum attinet ad decem Sexagenas Polonicales.

Zochy — **Obligatio.**

Coram officio praesenti Castrensi Capitaneali Branscensi personaliter comparens Nobilis Matthias olim Joannis Tyszka Zochowski sanus mente et corpore existens palam ac libere recognouit. Quia Nobili Stanislao olim Venceslai Kosk de Zochy haeredi bonorum in haereditate Zochy sibi Litum suum interesse in duobus transuersalibus in loco dicto Dybik quicquid ipsum concernit. cum pratis et omnibus vtilitatibus fructibus prouentibusque attinentiis nullis exceptis in quatuor sexagenis Polonicalibus ad exemptionem obligauit et inscripsit. Intromissionem illi iam exnunc realem per Ministerialem quemuis Regni Gnalem officiose acceptandam dat et admittit. Submittendo se cum suis posteris eundem tenutarium ab omni impedimento iuridico tueri defendere Euincere ac pacare nec solus per se iniuriare sub vadio simili. Et coram officio praesenti perempte stare parere rendere tenebitur omnibus iuris remediis et defensis legalibusque impedimentis etiam de iure concessibilibus se vti abscribendo.

G. Wonomel — **Cessio.**

Coram officio et Actis praesentibus Castrensibus Capitanealibus Branscensibus personaliter comparens Nobilis Gregorius olim Felicis Czaczkowski sanus mente